



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Doctrina Fidei Nouatoribus contraria in Sæculo XIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

*Ioan. de Baccone* Anglus Carmelita Prouincialis Th. an. 1340.

*Simon de Cassis*, Hænicus Augustinensis hist. an. 1340.

*Henricus Suso* Germanus Dominicanus Pius, an. 1340.

*Robertus Holkot* Anglus Dominicanus Biblius, an. 1340.

*Tho. Argentina*, Germanus Augustinensis Generalis Theol. an. 1350.

*Nic. Cabasilas* Græcus Archiepisc. Thessal. Theol. an. 1350.

*Greg. Ariminen.* Augustinensis Theol. an. 1350.

*Rich. Armachanus* Archiep. Theol. anno 1350. Sed errorum Græcorum plenus.

*Franc. Petrarcha* Florentinus Archid. Poeta, Orator, &c. an. 1350.

*Alphons. Vargas* Hispanus Archiep. Hispalen. Theol. an. 1350.

*Ioan. Taulerus* Germ. Dominicanus Concionator, an. 1350.

*Henr. de Hassia* Carthuf. Theolog. an. 1380.

*Ioan. Rusbrochius* Belga Religiosus, an. 1380.

*Baldus Vbaldus* Italus Bartoli auditor Iurista, an. 1390.

### Doctrina Fidei Nouatoribus contraria in Sæculo XIV.

**D**E *Missæ, Ritibus, &c.* Radulphus, Pachymeres, &c. Reor me operam lusurum, si huc vel ad potiores Fidei Romano-Catholicæ articulos accensuerim Scriptores testes luculen-

tissimos: adeo sole clarius LIQUET.

### Hæresiarchæ Papis diffonin Sæculo XIV.

**B**EGVARDI & BEGVINÆ orti sub initium huius æui, damnantur in Conc. Gen. Viennensi anno 1311. sub Clemente V. PP. Dogmatizabant ista: I. *Summa hic perfectio acquiri potest, par Christi, sed non supra.* II. *Ante, non post acquisitam ieiunandum, & mortificationi instandum: mortificatum posse corpori concedere quiduis.* III. *Sic perfecti non subsunt ulli legi: quia ubi spiritus, ibi libertas.* IV. *Summa beatitudo vitæ haberi hic potest, qualis in cælis.* V. *Intellectualis natura est in se beata.* VI. *Se ad virtutem exercere est imperfecti: perfecta anima à felicitat virtutes.* VII. *Osculum mulieris est mort. peccat actus venereus nullum.* VIII. *Eucharistia in elevatione non est adoranda; quia contemplatio perfecti est dignior, quam illius veneratio.*

PETRVS IOANNIS eodem anno 1311. locoque damnatur, qui finxit, I. *Quod anima Christi non essentialiter in-formavit corpus.* II. *Christo adhuc viuente latus apertum lanceâ.* III. *Baptismum communiter adultis, non paruulis esse remedium ad salutem.* IV. *Conferreque, adultis solis gratias.*

FRATERCVLI siue FRATERCELLI sub annum 1303. orti nocturnas canebant laudes; his finitis per tenebras promiscua Venus exercebatur: factus ita conceptus iactabatur per manus; in cuius manibus extinguebatur, is Pontifex Max. censerebatur. Alium exurebant, cineres in vino propinabant